



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,  
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac  
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de  
Liesse dictam effulsere**

**Caoult, Walrand**

**Coloniae Agrippinae, 1607**

Adolescens quidam admirando modo vitæ admirandum euadit periculum  
ad B. virginis inuocationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

*ADOLESCENS QUIDAM ADMIRANDO modo vite admirandum euadit periculum ad B. Virginis inuocationem.*

## CAPVT XXVI.

**M**ulti è pagis Camberonæ S. Vincentii & Lombisij suo testimonio confirmant filium Ioannis le Beausite, vbi campanile conscendit, vt (campanæ cuiusdam cordellam con fractam noua ligatura repararet) tam præcipiti casu pronum ex emineatione loco super ecclesiæ pauimentum corruisse, vt haberetur pro mortuo. Nihilominus qui cum præsentibus aderant B. Virginis Camberonensis pium inuocarunt subsidium, sicq; male fortunatus homo sibi redditus est, ac subito amissam recuperauit sanitatem.

*HOMO QUIDAM GRAUIA SPERERAT infortunia ad eiusdem inuocationem.*

## CAPVT XXVII.

**C**uius quidam Sclufanus cum alijs suis socijs cuiusdam nauis iacturam fecit a mari absorptæ cum vnico homine & sexcentis vini dolijs. Erant autem huic eidem ciui adhuc tres aliæ nauiculæ quæ maiorem, & capitalem concomitabantur: cumq; suum hoc naufragium quod fecerat illi foret denunciatum, vouit se carnibus nõ vesciturum, nisi prius B. Virginem Camberonensem uisitallet, fau-